

non offendatis, nec nostram cōmunionem in Dei cultu derelinquatis, quod & nobis esset nocuum. quod patet exemplo quod sequitur: [Nōne Achan filius Zare, p̄terijt mandatum dñi,] vsurpando de anathemate Hiericho, [ & super omnē populum Israel ira eius incubuit? ] quia in vltionem illius facinoris quidam fuerunt occisi, plures fugati, & oēs turbati. [ Et ille ] Achan erat vnus homo, atq; vltimam solus perisset in scelere suo. Ji. quantū in nobis est, valdē opta remus q̄ ipse solus fuisset occisus pro suo facinore. Istud sup̄a plenius recitatur, & ibi expositū est. Deinde describitur Rubenitarū & sociorū eorum rōnabilis excusatio. [ Rāderuntq; filij Ruben & Gad & dimidiā tribus Manassā, principibus legationis Israel: Fortissimus dñs Deus Israel ipse nouit, Ji. scit vera esse quæ dicimus, ] & Israel simul intelligat, Ji. populus Israel qui vos misit, ex nostra responsione veritatem cognoscat: [ si puaricationis animo ] Ji. proposito seu intentione idololatriæ dī, [ hoc altare ] de quo mentio est, [ cōstruximus, non custodiat nos dñs ] ab inuisibilibus & visibilibus hostibus, [ sed puniat in præsenti: ] Istud fuit quasi iuramentū per execrationem seu imprecationem mali in seipsum, sicut & illud Apostoli: Ego testem inuoco Deum in animā meam &c. [ & si ea mente fecimus ] hoc altare, [ vt holocausta & sacrificia & pacificas victimas super eo imponeremus ] ad immolandū vero Deo, [ ipse q̄rat & iudicet. Ji. debitam pœnam à nobis requirit, nosq; diiudicet. ¶ Deniq; holocaustum est, hostia quæ ad diuinā maiestatis honorē tota comburitur: sacrificium autē nunc sumitur pro hostia, quæ pro remissione peccati offertur. Pacifica verò victima, est hostia pro pace, salute aut gratia, impetrāda aut cōseruāda, dño immolata. [ & non ea magis cogitatione atq; tractatu, Ji. consilio seu deliberatione, ] vt diceremus Ji. inter nos probabiliter coniecimus ac cōtulimus, vel vt diceremus vobis assignando causam ædificationis huius altaris. [ Cras dicent filij vestri filijs nostris, Ji. probabiliter suspicamur ac formidamus, q̄ tempore procedēte posterij vestri dīcturi sint posteris nostris: ] Quid vobis & dño Deo Israel? Ji. nō pertinetis ad dñm, nec estis de sorte & numero populi eius, cuius ratio subditur: [ Terminum posuit dñs inter vos & nos (ō filij Ruben & Gad) Jordanem fluum, & idcirco partē nō habetis in dño: Ji. non estis pars populi eius, nec hatētis ius offerēdi in tabernaculū cadēt. ] [ Putauimus itaq; melius, & diximus: ] Extruamus nobis altare, non in holocausta, neq; ad victimas offerendas, sed in telimonium inter nos & vos & sobolē nrām vramq; p̄geniē, vt seruiamus dño &c. ] textus est planus. Ad hoc q̄ppe fecerūt altare istud, vt tā eis q̄ posteritati eorum esset in signum & memoriale ac argumētum, q̄ & ipsi essent populus Dei, & ius haberēt sicut & ceteræ tribus Israel, ad offerendum super altare Dei. [ Abstit à nobis scelus hoc, vt recedamus à dño, & eius vestigia ] i. p̄cepta & effectus beneficos, s. arcē testimonij & altare, [ relinquamus: ] quæadmodum em vestigiū representat eum q̄ illud impressit, ita sapiētia, omnipotētia, iustitia, bonitas & eminetia Dei, in eius p̄ceptis effectibusq; p̄satis relucēt. [ Extructo altari ad holocausta & sacrificia & victimas offerēdas, p̄ter altare dñi quod extructū est ante tabernaculū eius: ] vnū em altare fuit in atrio ante & extra ostiū tabernaculi, super quod sacrificia populi offerebant, & de illo iam sermo. Aliud in tabernaculo erat. [ Quibus auditis &c. ] Hic recitat, quæadmodū Phinees & q̄ cū eo erāt, valdē cōtēntari fuerunt ex ista responsione. [ Dixitq; Phinees filius Eleazari sacerdos ad eos: ] Nunc scimus q̄ vobiscum sit dñs, q̄a alieni estis à puaricatione hac, ] q̄a tā solliciti extitistis & elis ad p̄cauendum, etiā in futurū Dei offensam: [ & liberaistis filios Israel de manu dñi: ] i. per anticipatiōnē p̄suasistis ceteras tribus Israel à pœna, q̄ eis immineret, si cōmississetis crimē quod in populum vobis, [ Reuersusq; est cū principibus ad filios Israel, & retulit eis. ] Placuitq; sermo cūctis audientibus. Vocauerūtq; filij Rubē & filij Gad ] per quos & filij dimidiæ tribus Manassē dantē intelligi. [ Altare, quod extruxerāt, testimonij nrām, quod dñs ipse sit Deus. ] Ji. q̄ veri Dei populus atq; cultores sumus. Nā (vt Iosephus protestatur) hunc titulum super scripserūt altari ad perpetuā veritatis memoriā. Ex hac historia edocemur zelo diuini honoris seruere, amore iustitiæ inflāmari, pro posterorum nrorum sollicitari salute, parati esse pro iustitia mori, nec in derogationē veritatis quēq; palpare, neq; peccātibus quātūlibet propinqs cōtra iustitiā parere, imō p̄ceptū fratrem correptionis strenuē adimplere, rōnabile quoq; excusationē libētē suscipere: sed & gaudere de innocentia proximorum, ac Deum cordialiter collaudare pro donis gratiæ quæ alijs confert.

¶ Expositio cap. 23. Euoluto autem multo tempore.

Art. 32.

**S**ANCTUS VIR Iosue de plebis sibi commissæ salute sollicitus, eam hortatus est ad perseverandum in Dei cultu, sicut nunc enarratur: [ Euoluto autem multo tempore ] à tempore illo, [ postq̄ pacē dederat dñs Israeli, ] ita q̄ nemo filios Israel impugnare p̄sumpsit vrantē, [ subiectis in gyro natiōibus vniuersis, ] q̄rum terras promiserat dñs Israelitis, q̄ pro maxima parte erāt occisæ, residui verò erāt Israeli subiecti. [ & Iosue iam ] existente [ longæuo & per senilis ætatis: ] quan-